

V I R O
MAGNIFICO AC GENEROSO;
D O M I N O

GERHARDO
THOMAS, ¹⁸

PRAECONSULI QVONDAM IN
PATRIA CIVITATE
THORVNENSI SENIORI

GRAVISSIMO SPLENDIDISSIMOqve

NATO ANNOS LXXV

EXHAVSTIS AETATE ET LABORE VIRIBVS PLACIDA MORTE

DOMINICA CANTATE

SOPITO

AC d. VI MAII ANNO dñi b CCXXV

SOLENNI FVNERE ELATO

MONVMENTVM HOC QVALECVNOVE

EX DEBITO VENERATIONIS CVLTV

ERIGERE LABORABANT

RECTOR ET PROFESSORES
THORVN.

T H O R V N I I

Impressit Joh. Nicolai NOBIL, SENAT, & GYMN, Typographus.

D. O. M. S.

Situs hic est

indefessi laboris, incredibilis industriae,
doctrinae non vulgaris, munerum & meritorum
laude conspicuus Vir,

GERHARDVS THOMAS.

Prae-Consul olim in patria Civitate amplissimus,
avitae nobilitatis memor,
animo Scientiarum capacissimo
assiduitate proficiendi perenni,

praeclare de aliis merendi studio incensus
intra XLIII. annos per varias munerum vices progressus
constitit in supremo consularis ordinis gradu
ubi metam fortunae & vitae invenit.

Solitudinem & silentium,

studiorum comites egregios, inter literas amavit,
sed non potuit, nec debuit inter officiorum rationes,

ubi versandum in frequentia

frequenter loquendum ac persuadendum in publico,
quin vita omnis inter agendum est consumenda,

inter civiles negotiorum strepitus,

inter implicitos fortunae nexus prudentia explicandos,

Nutante civitatis salute,

praesidiis egente firmis & validis

providenti cura egit,

prudenti consilio, pro viribus peregit

ut fructu non infausti conatus foecundo,

affectu aequo, simili effectu

expirans pederentim patria

laerius saepe respiraret.

Domum confirmavit gemino coniugii nexu,

altero feliciore, quod gemina prole eam aedificavit.

Sed paullo infeliciore

quod

quod, anticipatâ morte, ordine naturae inverso,
utramque sobolem tumulo ante conderet
quam conderetur familiae amplificatio.

Socer factus, non avus
avaro fragilitatis quaestu, nutu tamen divino,
perdidit spem.

Tandem vivaci senectâ conqvestus unice
ac tantum de varia patriae fortuna,
hac minuente animum, non illa,
dolori non parum obsequebatur.

Vices enim miseras intueri, nec tueri posse vires,
Servire bono publico nec servare bonum,

heu miserum bono!
cum non deest ingenio vis,
sed occasio virtuti.

Auctoritati cum obstat non negotiorum diversitas,
sed fati adversitas

Tamen ingeniti noluit dememinisse voti,
desperatis rerum vicibus,
precari meliora, contemnere caduca,
aspirare ad aeterna placuit.

Infirmo corpore,
firmo tamen animo & integra mente
bonis futuris fide initiatus
divina promissione fidelibus confirmata quaesivit,
invenit, videt,

vicit vicissitudines orbis,
infideles mortalium spes
orbis infaustis ambagibus implexos
ceterosque mundi fallaces casus
praetervectus feliciter
ad culmen beatæ aeternitatis enisus.

Natus LXXV. annos.
Cineres d. VI. Maii conduntur,

Tu, qui adstas, precare quietem,
bonus bono bene!
abi, meditare tuam quietem,
breui immortalitas adest.

bentis manibus
Magnifici Præ Consulis
l. m. q. dedit

PETRVS JAENICHIVS.

~~~~~  
**W**er hätte das gedacht! So spricht fast jederman;  
Wenn nicht nach seinen Kopff/ was er gemeint/ geschehen/  
Und sich das Gegentheil läst oft zum Schaden sehen/  
Was denken und Concept ihm ganz verrücken kan.

Der eine klagt bebrant/ der ander freuet sich/  
Der dritte schweigt und denckt/ warumb sichs so getroffen/  
Der vierte will getroffen noch mehr vom Glücke hoffen/  
Obschon die Hoffnung scheint den Menschen wunderbarlich.

Wie manche grosse Stadt liegt jämmerlich zerstöhrt /  
Die vormahls ihren Ruhm vor andern hat erhoben,  
Man muß an ihrer statt ein kleines Plätzchen loben/  
So durch der Zeiten Lauff von allen bleibt geehrt.

Der Slave wird ein Herr/ der Herr hingegen Knecht/  
Ein reicher Cælus muß ein armer Icus werden/  
Auff Überflus folgt Noth nebst allerhand Beschwerden /  
Der allerbeste Stand wird oftmahls gar zu schlecht.

Die Klugheit wird zum Spott/ und manche Phantasien  
Erhält den Lorber-Kranz. Ich mag nichts mehrs schreiben/  
Es muß mein erster Satz auff ewig wahr verbleiben/  
Daß Denken mit dem Glück sehr selten einig seyn.

Gehrte Thorner-Stadt/ du kanst ein Benschiel seyn/  
Wenn man dich von der Zeit/ da du bist aufferbauet/  
Nun fast 500. Jahr/ nach deinem Stand beschauet/  
Wo ist der alte Ruhm? wo ist des Glückes-Schein?

Mir deucht/ du denckst mit mir: Wer hätte das gedacht!  
Zedoch du schweigst still/ ich will auch stille schweigen/  
Und mit Gedanken mich nicht gar zu hoch versteinen/  
Inzwischen eines wird von mir mit Ernst betracht.

Wer hätte das gedacht/ was dieser Sarg bezeugt/  
Darin ein großer Mann/ dein Burgermeister/ lieget/  
Der dich mit weisen Rath und kluger That vergnüget/  
Bis die Fatalitæt sein graues Haupt gebeugt.


Herr THOMAS folget nach: Herr ROESNER ging voraus/  
Zwey Männer/ die mein Kiel nicht kan nach Würden preisen/  
Noch den verdienten Ruhm der späten Nachwelt weisen.

Es

Es nimt Unsterblichkeit Sie Beide in ihr Hauß  
 Inzwischen bleibt ihr Tod bey Uns sehr wehrt geacht/  
 Wie offte unser Fuß in Gottes Tempel stehet/  
 Und vor der Gräber-Platz etwan vorübergeheth/  
 So offte spricht jedermann: Wer hätte das gedacht!

Mit schuldigen Respect gegen den  
 wohlseeligen Hrn. Bürgermeister  
 setzte dieses:

G. P. Schulz



**S**iccine, mortales, animas affigitis auro,  
 Fascibus, & si quid svave Erycina fovet?  
 Currite per Syrtes, extremos tendite ad Indos,  
 Non desiderii obstat uterque polus:  
 Dummodo quas Tagus, vel quas Gangetica tellus  
 Servat opes, ferro cista revincta premat.  
 Currite per strages hominum, Capitolia celsa  
 Scandite, restingvant magna tropæa sitim.  
 Illustres captate apices, laquearia surgant  
 Aurea, & in Circo conchyliara fluat.  
 Jam mors insidias nectet, jam fila rescindet  
 Atropos, ad manes lurida cymba vehet.  
 Tumba brevi nudos claudet, magnumque favilla  
 Nomen erit, cespes vel lapis ossa teget.  
 Non etiam nomen durabit Nestoris annos;  
 Spargetur subito, ceu brevis umbra perit.  
 Quæ modo suspicitis, tenues solventur in auras,  
 Nec quod corrodat blatta, superstes erit,  
 Sola perennabit pietas, Astræa, pudorque,  
 Conscia mens recti; cætera fumus erunt.  
 Quid tamen attonitos perituris alligat umbris?  
 Ad superas lætos quid vetat ire domos?  
 Utrum quæ variis fert oblectamina sensus  
 Et quæsitæ locis, & repetita modis?  
 Hæc mergunt animam, & fictæ Junonis ad instar  
 Decipiunt, cœno turbida lymphæa fluit.  
 An magis exterrēt lux decretoria? corpus  
 Debile, non animam solvere fata valent.  
 Gloria num vexat, famæque immensa cupido?  
 Expers virtutis gloria nulla manet.  
 Ergo unum superest, transferre ad sidera mentes,  
 Terrigenæ, æternas quas jubet esse Deus:  
 Dumque hora hæc properat, cultu venerarier omni  
 Tempus erit Numen, iussa que sancta sequi:  
 Parcere subjectis, miseris succurrere, lapsos  
 Erigere: hoc pietas svadet & officium.  
 Difficiles tolerate animos; sit gloria maior,  
 Corrigere in melius, quam violare malos.  
 Extra vos quicquid positum est, nec lædere diam  
 Mentem, nec fas sit concupiisse nimis.  
 Hæc ANTONINVS monuit, quo sanctior olim  
 Non apud Ausonios Induperatot erat.  
 Hæc Thorunensis NESTOR vera esse probavit,  
 Dempta anima nigram cuncta subire necem.

Herculeos

Confulis  
 ICHIVS.


an;  
 eschehen/  
 sehen/  
 kan.

ing voraus/

Es

Herculeos, inquit, suscepi sæpe labores;  
 Perdomuit vires Curia & Aula meas.  
 Stemmata si nequii pictosque ostendere patres,  
 REGIS at AUGUSTI gratia stemma fuit.  
 Hæc trabeam, pictamque togam, sellamque curulem  
 Cessit, anhelanti non grave fecit onus.  
 Applausere PATRES tractanti jura, comesque  
 In populo mansit mistus amore timor.  
 Natum habui, cujus radiabat in ore paterna  
 Virtus: spes patriæ, spes erat ille patris.  
 Denique Pyrgopolin stantem vidi atque cadentem,  
 Cujus, dum caderet, portio major eram.  
 Hæc subito subversa jacent; deponere fasces,  
 Si quid dulce fuit, ponere fata jubent.  
 LILIA non vernant, Thomanæ insignia gentis;  
 Incensasque TRABES cana favilla tegit.  
 Ac veluti nudum Natura immisit in orbem,  
 Sic nudum Elysios cogit adire lares.  
 Hoc unum è multis remanet, mens fida Tonanti,  
 Et conservatus religionis amor.  
 Hæc bona, mortales, durant; hæc nulla potestas  
 Eripit; hinc animo est certa parata salus.  
 Nam vitam & fasces mittit Fortuna sub ictum,  
 Nec se divitiæ quo tueantur habent.  
 At sacrata Deo dum mens super æthera tendit,  
 Calcat victrici sortis iniqua pede.

*Hoc Augustali meletemate ex lib. 5. M. Anton. Imp.  
 ad seipsum, sect. 25. petito, tumbam Magnif. Dn.  
 G. THOMAE PræConf. & Burggr. Regii quon-  
 dam gravissimi, prosequi volebat*  
 IAC. ZABLERVS.



**S** ist nun  
 Unser wohlseeliger  
 Herr Burgermeister  
 eingegangen  
 In die Ruhe der Seeligen/  
 und hat  
 die Unruhe dieses unvollkommenen Lebens  
 Mit der Ruhe der vollkommenen Ewigkeit vertauscht.  
 Ein Wechsel  
 von ungleicher Würdung/  
 da nemlich sein Geist nicht fant/  
 wo er in diesem Leben ruhen konte/  
 außer in GOTT;  
 So gehet der Geist zu seinem Ursprung/  
 und die Seele zur sichereren Ruh der Hände GOTTES.  
 Und ist also  
 Vom Tode zum Leben hindurch gedrungen/  
 von der Unvollkommenheit/

Zur

zur wahrhaften Vollkommenheit gelanget/  
von dem Leiden zur Herrlichkeit der Kinder Gottes  
erhaben worden.

**Denen Vornehmen und Betübten hinterlassenen/  
aber bleibet**

Ein unruhiges Andencken dieser vollkommenen Ruhe/  
und überzeitet Sie und uns mit klarem Exempel,  
daß die wahrhafte Ruhe der Seele nicht in diesem  
sondern in jenem Leben zu suchen.

O seliger Sabbath der Ruhe/  
der auff die Arbeit der frommen erfolget/  
O vergnügte Zufriedenheit  
In den Häusern des Friedens/  
derer/

die durch das Blut des Lames kämpffen und überwinden.

So wird demnach  
die Ruhe der Gerechten Ehre seyn/  
die Hoffnung Israels/  
das Siegel der Gnaden/  
das Band der Liebe

Schließet sich hier in den Circkel der Ewigkeit  
in einander.

Israel zeucht hin zu seiner Ruhe  
Und dieses dreifache Klenod  
Wird durch den Glauben erhalten.  
Glückseliger Zustand/

der durch die Ruhe des Todes befördert wird.  
So wird der Verlust des Lebens ein Gewinn/  
Und die Traurigkeit würcket die Freude des Himmels/  
welche in diesem Leben gehoffet/ niemahls geschauet/  
vielmahl empfunden niemahls genossen.

So verliethret sich das Stückwerck  
In die vollkommene Erkenntniß/  
Und das Wissen sencket sich in den Abgrund  
der unbegreiflichen Ewigkeit.

So ist ja noch eine Ruhe dem Volcke Gottes vorhanden  
und die zerstreuten Sämen der irdischen Hütten  
Sammeln sich in dem Hause der ewigen Gottheit zusammen  
In dem Tempel der Heiligkeit.


Warumb trauren wir denn also über den Verlust des Todes  
der uns zum Leben führet?

Warumb empfinden wir die Schmerzen der Wehmuth  
welche die Süßigkeit des Himmlischen Trostes durchleutert  
Wir beruhigen vielmehr unsere Herzen/

Zu stiller Gelassenheit  
des Willens des allerhöchsten Gottes  
Und eilen zu dieser Ruh/  
die uns **CHRISTUS** erworben hat

Dieses wenige wolte zum Trost den  
Bornehmen Leydetragenden  
auffsetzen.

Gottfried Weis.



**M**ortales,  
quibus

(maiori Divinae Maiestatis severitate an clementia?)

præstitutum est semel mori,

ea aliquando uti forte,

ut duplici, saltem plusquam simplici morte fugantur,

sacra edocet pagina: experientia testatur.

illos,

qui felici rerum cursu ad summa evedi,

vel, exhaustis ætate ingravescente animi corporisque viribus,

oneribus Atlantum reipublicæ sustinendis redduntur impares,

reique publicæ vivere desinunt,

vel, rude utcunque donati, quod superest inter cives vitæ, perdunt,

non simplici morte extingvi, quis negaverit?

Idem hoc ingeminatæ mortis genus luctuosissimum

tot præter spem (felicius an infelicius dicam?) evibratis mortis-telis,

toties quietis atque securitatis non temerandæ portu conspecto,

infeliciter ad hæc nostra tempora spiritum ducentem

tandem mansit

*Virum Magnificum*

*atque Amplissimum*

**DN. GERHARDUM THOMAS,**

Pro-Consulem quondam Reipublicæ patriæ gravissimum,

meritis in eandem insignem,

dignitatis pristinae ejus assertorem strenuum atque vindicem,

immunitatum Patriæ propugnatorem animosum,

qui, posteaquam,

Numinis supremi gratia quod concessum erat facultatis

patriæ civibusque vivendi

in variis reipublicæ obeundis muneribus

summa mentis solertia pertinaciaque laborum

ad deliquium fere virium animi corporisque collocasset,

ætatem ad caniciem usque in summis Magistratibus fere transegisset feliciter;

duro usus est vitæ exitu:

eo quod

cum valetudinis adversitate coniuncta fati communis inclementia

sub extremum vitæ tempus

**Senectutem** non quidem supplicio oneravit obscuram tamen ignobilemq; effecit.

Verum opportuna mors subito tristes has abruptit vices

quodque famæ obesse posset pristinorum recordatio resarcire potest.

Nos Cives!

quos tanto Viro superstites Numinis voluit esse providentia

[tristioribus nescio an lætioribus fatis reservandos]

ab oblivione memoriam Ejus tueamur, reverenterque habeamus

nec invidemus ipse quietem

ad quam utrum citius iusto an tardius enisus sit

hæret!

*l. m. q. p.*

S. T. Schœnwald

4404